

8

Quattuor ergo modos exposuimus, quibus idem verum revelatum magis magisque comprehensive intelligi potest. Quibus cum accedant tum modus quo Deus vera revelata intelligat tum modus quo beati divinam intelligentiam participant, satis constare videtur idem verum multis et inter se distinctis modis intelligi posse.

Haec ergo sufficiant de actu quo finis attingitur. Est enim mysteriorum intelligentia prima quaedam intellectus operatio, imperfecta, analogica, obscura, pedetentim evolvens, synthetica, fructuosa. Quae intelligentia, quamvis secundum se neque vera neque falsa sit, quamvis ex se in verum necessario non conducat, tamen aliunde vera est tum quia ex ipsis revelatis concluditur vel saltem cum illis cohaeret, tum quia ipsis veri revelati intelligentia est.

Neve dicas has distinctiones subtiliores ~~se~~ esse quam utiliores. Idem sane est ens quod et essentiam et esse habeat. Eadem est ¹propositio qua exprimitur sive intelligibile (quod tamen est verum) sive verum (quod tamen est intelligibile). Sed aliud formaliter est obiectum quod est verum intelligibile qua intelligibile, et aliud formaliter est obiectum quod est verum intelligibile qua verum. Illud obiectum qua tale per primam intellectus operationem attingitur; hoc obiectum qua tale per secundam intellectus operationem attingitur. Quam ob causam, etsi obiecta formalia nisi per subtiliorem reduplicationem non distinguantur, tamen realiter inter se differunt operationes quibus haec formalia obiecta attinguntur. At praeterea, uti mox apparebit, non solum ipsae operationes realiter inter se distinguuntur, sed etiam longe inter se differunt viae seu methodi quibus proceditur vel in intelligentiam fidei per primam operationem vel in certitudinem conclusionum per secundam operationem. ~~Quare~~ Non ergo sine ratione gravissima distinxit Aquinas argumenta ex auctoritatibus et disputationes magistrales.

De triplici motu quo ad finem procedatur.

gms a. l. h.

Postquam de fine dictum est et de ^{accuratius} actu quo finis attingitur, iam considerari oportet motum quo ad finem procedatur. Etiammodi enim est intellectus humanus ut omnia simul capere non possit sed ~~per se~~ ad actus perfectiores per intermedios actus procedat necesse sit.

Iam vero in omni scientia paulo evoluta, facilis est distinctio inter analysin et synthesin seu inter viam resolutionis et viam compositionis. Cum enim inquirendo atque investigando ad causas cognoscendas perveniatur, necessario existit quaedam rerum cognitio communis et praescientifica, qua res quidem apprehendimus quamvis causas earum adhuc ignoremus. Et ideo primus motus quo ad scientiam acquirendam proceditur, ex communi quadam et praescientifica rerum cognitione incipit, et ad causas cognitae terminatur: qui primus motus dicitur 1) analysis, quia ex confuse apprehensis ad causas seu rationes bene definitas conducit, et 2) via resolutionis, quia ~~amplius~~ ipsas res in causas resolvit, et 3) via inventionis, quia per eam causae hactenus ignorataeveniuntur, et 4) via certitudinis, quia nobis manifestissima est communis et praescientifica rerum cognitio, et ideo argumenta nobis maxime certa ex hac communi cognitione ^{incipient} incipit, ut remotiora nobisque obscuriora demonstrat.

~~Cum vero scientia non sit simplex causarum cognitio~~

Cum vero scientia sit, non tantum causarum cognitio, sed rerum per causas intelligentia, primo motui scientifico accedit alter quo ex causis inventis incipit^{ur} et ad res in causis intellectas terminatur; qui quidem motus dicitur

et 1) synthesis, quia rationes fundamentales adhibentur tum ad res definiendas tum ad proprietates earum deducendas, et 2) via compositionis, quia causae adhibentur ad res producendas vel constituendas, et 3) via doctrinae seu disciplinae, quia ex conceptibus fundamentalibus et maxime simplicibus incipit ut, aliis pedetentim adiunctis, ad intelligentiam totius scientiae ordinate procedat.

Quorum exempla qui quaerit, ~~non~~ inter se comparet historiam scientiae physicae vel chimicae et manuale quoddam quo talis scientia docetur. Nam ex historia constat has scienti^as ex sensibilibus initium sumere, in sensibilibus examinandis proficere, de sensibilibus quam maxime manifestis probationes efficere. Et tamen si manuales libros adeas, ~~aliud non invenis initium nisi leges motus Newtonianas vel geometriam Reimannianam vel mathematicam quanticam vel recentius geometriam Reimannianam et viros operadores quanticos~~ aliud non invenis initium nisi tabulam elementorum periodicam unde ter centena millia compositorum derivantur vel, apud physicos, leges motus Newtonianas, geometriam quandam Reimannianam, virosque ^{'quanticorum'} operadores quanticos. Qui enim inquirat vel investigat vel probat, ex manifestis incipit; qui autem docet, ex iis incipit conceptibus quorum intelligentia intelligentiam aliorum non praesupponit.

Cui duplici motui accedit tertius. Non enim semel pro semper perficitur duplex motus supra descriptus sed vicibus repetitis. Neque idem duplex motus repetitur, sed qui ^{tempore} posteriores investigant, remotiores atque veriores inveniunt causas, unde et primus motus anterior corrigitur et alter motus

anterior interdum reformatur penitus. Quae cum ita sint, tertius quem diximus motus scientificus nihil est aliud quam ipsa scientiarum historia, quae unitate sua concreta totam eorum successionem comprehendit, quae saeculorum decursu ^Vsive in via resolutionis sunt inventa sive in via compositionis ordinate sunt docta.

Iam vero sicut theologia ipsa analogice se habet ad scientias naturales, ita ad triplicem scientiae naturalis motum analogice ^{us} invenitur triplex motus theologus ^{ic}.

Nam in primis, sicut in naturaliter notis existit prior quaedam atque communis rerum apprehensio, qua res ipsae manifeste cognoscuntur quamvis causae earum nos lateant, ita etiam in supernaturaliter notis existit prior quaedam et omnibus fidelibus communis cognitio, qua omnia divinitus revelata esse vera certissimi credimus, quamvis nullam adhuc intelligentiam theologiam assecuti simus.

Deinde, sicut ex communi atque manifesta rerum cognitione incipit motus scientificus ad causas inveniendas, definiendas, atque probandas, ita etiam ratio humana per fidem illustrata ex ipsis fidei veritatibus incipit et, cum sedulo, pie, sobrie quaesierit, aliquam mysteriorum intelligentiam assequitur (DB 1796).

Tertio, sicut qui theoriam scientificam proponit, omnes causas ^{iam} ^{ante} ab aliis inventas systematice definit, atque ordinate ex simplicioribus magisque fundamentalibus ~~procedens~~ incipiens, per intermedia atque composita ita procedit, ut denique tandem ipsas res, prout concrete existunt atque operantur, secundum omnes earum rationes causasve coniunctas clare distincteque cognoscit ^a efficaciterque regere ^{potest} ^{potest}:

ita etiam qui non solum singula vera revelata aliquatenus intelligit sed etiam ad syntheticam quamdam omnium intelligentiam pervenit, omnes omnium ^{quasi} rationes causasque systematice definit, atque ordinate ex simplicioribus magisque fundamentalibus incipiens ita per quaestiones intermedias progreditur, ut denique tandem omnia quae ~~creatura creator~~ ipaum Deum Deique creaturas respiciunt, ^{quasi} secundum intimas ~~vera~~ eorum rationes causasve ultimas, ^a systematice exponere possit. 89

Quarto, cum homo sit in genere intelligibilium ut potentia tantum, haud fieri potest ut integra scientia hominibus possibilis ita summam perfectionem in una quadam aetate pertingat, ut caeteri homines, per reliqua saecula terrestria, nihil aliud esse possint quam humiles antecessorum discipuli. Qua de causa, et in naturaliter notis alias aliis succedere hypotheses theoriasque videmus, et in supernaturalibus inter omnes constat non solum theologiae sed etiam dogmatum evolutionem quamdam ~~exte~~ ^{exte} existisse. Neque ipsi nos iam ad summum perfectionis theologicae apicem pervenisse credimus, neque ^{aliquando} vanum fore atque supervacaneum ^s expectamus ^{una} cum concilio Vaticano orare ^q et optare ut "'crescat... et multum vehementerque proficiat, tam singulorum quam omnium, tam unius hominis quam totius ecclesiae, aetatum ac saeculorum gradibus, intelligentia, scientia, sapientia...."' (1800) 9 10

Quorum exempla qui quaerit, patres theologosque legat. Nam primus motus analyticus praecipue patres occupabat tum in veris et revelatis singillatim intelligendis tum in haereticis refellendis. Alter autem motus syntheticus ita medio aevo evolvebatur, ut primo sacrae scripturae testimonia patrumque sententiae ordinate colligerentur

~~septimo, comparantur personae inter se (Ibid., q. 42) et ad nos. (Ibid., q. 43).~~

His ergo positis, ad comparationem proceditur.

Et in primis elucet eadem realiter considerari tum in via analytica tum in via synthetica. Non enim aliae sunt missiones Filii et Spiritus quae in Novo Testamento narrantur, et aliae quas exponit S. Thomas in q. 43 primae partis. Neque alia est generatio divina de qua egit S. Athanasius, et alia realiter est illa generatio de qua ^{systematice} tum ante personas conceptas (q. 27) tum iterum post (q. 41) egit S. Thomas. ~~Et idem de aliis dicendum~~
Et idem omnino de caeteris dicendum est, cum motus syntheticus nihil sit aliud quam ordinata expositio eorum quae in via analytica sunt inventa atque demonstrata.

Deinde, quamvis de iisdem in utroque motu agatur, tamen alio et alio ordine ponuntur. Quod ^{enim} in alio motu prius invenitur, in alio posterius consideratur. Ita ad missiones terminat Aquinas, et ex missionibus incipit Novum ~~in~~ Testamentum. Iterum, ad analogiam psychologiam terminat inquisitionis patristica, ex qua tamen incipit Aquinas. Cuius inversionis ratio omnino est universalis. Qui enim inquirat vel dubitationes amovet, ex maxime manifestis incipit ut remotiora et obscuriora concludat. Qui autem docet, ex iis notionibus incipit quarum intelligentia intelligentiam aliarum non praesupponat ut, paulatim crescente complexitate, ad concretum intelligendum perveniat.